



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

cxxi. Si pinnae inflationibus turgeant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

vbi videbuntur corrosæ, linito, & sanabis.

Si pinne inflationibus turgeant.

INFLATIONES rescindas, & pinnas plenas perfores, & vino veteri locum eluas, & vitis sarmenta combusta cum bubulo felle in puluerem redigas, eum infundas in plenas pinnas.

Ad eum qui suas pinnas rodit.

SI accipiter suas corrodit pinnas, & cum pediculos non habeat, tamen pediculos inquirit. Scrutare coliculos pinnarum caudæ & plumas. inuenies quiddam nigrum intra radices pinnarum, id acu compungito, inspirato vinum vetus, mali punici cortice trito vngito.

Ad refractas pinnas.

QVI à natura rectas non habet pinnas, sed refractas, ita curabitur. Aqua potabili calida frequenter remiges pinnas fouebis.

Decidentium pinnarum remedium.

LAVRI vel nucis oleo foramina, vnde pinnae decidunt, vngito, aut ex tuo